



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 7. De Vaccaeis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

culis filio ut *Tarapha*, vel à Græcis ut *Iustinus*, vel à *Ἰάλα* ut *Isidorus* quia reliquias candidiores. Diuidebantur in *Licenses*, qui à *Luco Augusto*, & *Braccarios*, qui à *Bracca* à vrbibus nomen accipiebant.

**R**EGIO diues, ut ex Plinio vidimus. In ea mons ille sacer, & aureus de quo *Iustinus*; & glebae hīc aureæ sēpe aratro scindebantur. Hīc quoque *Lethe* Fl. aurifer. Erat quoque in primis populosa, siquidem à Tago ad Prom. Celticum 30. populi celebres habitarunt *Plinio* teste.

**M**ORES. Dediti supra modum auguriis, & superstitioni, *Silius*. Res domesticas fœminæ curabant, viri rapinis, & bellis vacabant. Deuicti sunt à D. Iunio Bruto ægrè, ideoque hic *Callaicus* dictus.

#### §. 6. *De Asturibus.*

**N**OMEN habent vel à *Astyre Memnonis Auriga*, ut vult *Silius*, vel à Fl. *Astura*. Diuidebantur per *Vinditum Montem* in *Transmontanos*, & *Augustanos*, quoniam hi iubente Augusto in planiciem deducti sunt, vt emollirentur.

**R**EGIO sterilis & aspera, quod intellige de *Transmontana*. Hīc Equi *Asturcones* dicti, & *Astures* bello inutiles, sed qui *inconusso* glomerant *vestigia dorsa*, ait *Silius*, aut *ad numerum rapidos qui colligat ungues*, ut *Martialis*. Hīc quoque aurum plurimum eruebatur, vnde *Astur auarus*, &c. & *redii infelix effuso concolor auro*. Dabat item *Minium*, & *Chrysocolam*.

**M**ORES. Generosissimi erant, & Romanos concidissent, nisi à *Brigaciniis* prodditi essent. Erant quoque agrestes, & feri.

#### §. 7. *De Vaccæis.*

**I**SIDORVS nomen eis tribuit ab urbe *Vacca* ad Pyrenæum, sed ubi illa gentium? nisi fortè *tacca*; atenim quid hæc ad *Vaccæos*, seu *Baccæos Stephanus*?

**M**ORES. Agros singulis annis mutant, & colunt, & cuique frumentum assignantur partes. Morte multatur qui agricolam læserit. Bellicosissimi erant quod experti sunt Ro. duces aliquot: mirati tandem eorum virtutem, se illis dediderunt.